



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Egregia Responsio Abbatis Orenti montis Sina. Capvt CXXVI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

**N**arrauerunt nobis quidam patrum in Sina de Abbate Sergio Anachoreta, quòd cum moraretur in Sina, constituebat illum dispensator super burdones. Cum ergo die quadam properaret, ecce leo iacebat in via. Porrò burdonarij, burdonesque, viso leone, timore correpti, recesserunt. Tunc Abbas Sergius sumens de peravnā benedictionem, profectus est ad leonem, dixitque ei: Accipe benedictionem patrum & <sup>1</sup> recede de via, vt transeamus. Sumptaque leo benedictione recessit.

<sup>1</sup> *Etiam irrationalibus creaturis in virtute Dei Sancti imperant.*

*Egregia Responsio Abbatis Orenti montis Sina.*

**D**icebant nobis eiusdem loci sancti patres de Abbate Orento, quòd die quadam Dominica ingressus est senex in Ecclesiam verso fago suo, ita vt foris villōsus esset. Stante igitur eo in choro, venērunt quidam de dispensatoribus loci, & dixerunt seni: Cur ita, pater, ingressus es cōuerso fago tuo in Ecclesiam ad derisionē nostram coram peregrinis? Respondit ei senex: Vos euertistis Sina, & nemo vobis dixit aliquid, & ego quia conuerti fagum meum, dicitis mihi: Quare conuertis fagum tuum. Ite, corrigite, quæ euertistis, & ego corrigam quæ euerit.

*Vita Abbatis Georgij sancti montis Sina, & Amis cuiusdam ex Galatia Phrygia.*

**N**arrauit nobis Abbatissa Damiana solitaria, mater Abbatis Athenogenis Episcopi Petresis,